Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

EXO

uestes. Dabit autem dominus
gratiam in conspectu pli sui
coram egyptiis. Fiet q; moyses
uir magnus ualde in terra egypti
in conspectu seruorum pharaonis
et in conspectu pli. Et ait. Hec
dicit dominus. Ad media nocte ego
egrediar in medio egypti. et morietur
omne primogenitum in terra egypti
a primogenito pharaonis
qui sedet in solio eius usq; ad primo
genitum ancille que est ad molas
et omnia primogenita iumentorum
erit q; clamor magnus in uniuersa
terra egypti. qualis non fuit
nec postea futurus est. Apud os
autem filiorum israel non mouebitur ca
nis ab homine usq; ad pecus. ut
scias quanto miraculo diuidat
dominus egyptios et israel. Descen
dent q; omnes seruiti tui isti ad me
et adorabunt me dicentes. Egre
dere tu et omnis plebs qui subiecta
est tibi. Post hec egrediemur. Et
exiuit a pharaone iratus nimis
Dixit autem dominus ad moysen
Non audiet uos ultra pharao ut
multa signa fiant in terra egypti
Moyses autem et aaron fecerunt
signa et ostenta que scripta sunt
coram pharaone. Et indurauit
dominus cor pharaonis. nec di
misit filios israel de terra sua.

XII

Dixit quoq; dominus ad moysen et a
aron in terra egypti. Ho
mis iste mensis uobis principium
mensium primus erit. in mensi
bus anni. Loquimini ad uniuersum
cetum filiorum israel. et dicite eis. De
decima die mensis huius tollat unus
quisq; agnum per familias et domos
suas. Si autem minor est numerus
ut sufficere non possit ad agnum ve
rendum agnum. assumet uicinos
suos qui iuxta sunt domui eius.
iuxta numerum animarum qui sufficere
possint ad esum agni. Erit autem
agnus absq; macula masculus a
mnis. Iuxta quem ritum tolle
tis et edum et seruabitis eum usq;
ad quartam decimam diem mensis
huius. In uolabit q; eum uniuersa
multitudo filiorum israel ad uespe
Et sument de sanguine eius. ac po
nent super utrumq; postem et in superli
minaribus domorum in quibus co
medent illum. Et edent carnes noc
te illa assas igni et azimos panes
cum lactucis agrestibus. Non come
detis ex eo crudum quid nec coctum
aqua. sed assum tantum igni. Ca
put cum pedibus eius et intestina
uorabitis. nec remanebit ex eo q;
quam usq; mane. Si quid residui
fuerit igni conburetis. Sic autem
comedetis illum. Lumbos uestros ac
cingetis. Calciamenta habebitis
in pedibus. tenentes baculos in
manibus et comedetis festinanter
Est enim phase id est transitus dni
Et ibo per terram egypti nocte il
la. Occidam q; omne primo
genitum in terra egypti. ab homi
ne usq; ad pecus. et in cunctis
diis egypti faciam iudicia ego
dominus. Erit autem sanguis uo
bis in signum in edibus in qui
bus eritis. et uidebo sanguinem
ac transibo uos. nec erit in uobis